

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: 4.

Citation: Worm, Jacob: "4.", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 254. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732331520/facsimile.pdf> (tilgået 22. september 2021)

Anvendt udgave: . - [1968]

Theologus Practicus, saltē Catecheticus, insignis politicus et juridicus practicus, nec non castus et laudabilis Œconomus seu paterfamilias Practicus.

474

## 3.

Patriotas atqve ingenuos, patriæ cives nobiles, ignobiles, sicubi digni et capaces fuerint, exteris et adventitiis semper præferet Princeps, exoticis Agÿrtis, nè quidem locum in patriæ, nè dum regni honores, privilegia, munia, opes, arces, dignitates, aut amorem Regium attribuet.

477

480

## 4.

Tempore pacis masculam rusticorum prolem arma gestare, seqvi signa ordines servare, discurrere in cornu, prudens docebit Princeps; eâ autem specie vitare ac prohibere plebem sclopeta habere atqve usurpare (quod nos Svecci non solemus) nè lepores ac feras deliciis ac gulæ magnatum inservituras devorent simul ac devastent, est corda futurorum militum in leporina transformare; quò enim plures inter venandum in regno tuo obvios habueris lepores, eò in aciem educes plures milites leporinos seu timidos atqve ignavos. / In pace itaqve ad bellum nos parabimus, nè imparati adorientem ex improvise hostem excipiamus, et nè exoticis semper usuri simus militibus, quibus vix fidere licet. Quocirca nos Sveci nationales nostros armis semper assvetos rusticorum filios exteris semper præferimus, vicinorum clade edocti.

483

486

173

492

495

## 5.

Qvi arma sumit, non gloriabitur de fortunæ faventis aura, priusquam eadem feliciter deposuerit, fortuna enim belli, quam reverenter habeas svademus, mutatur in horas.

498